



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 180. Mediolanensium Dux a Delphino adversus Alphonsum defensus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1455.

sentat. Haud ulterior instituebatur quæ-
stio contra iniquos hujus Virginis Ju-
dices, utpote quorum potissima pars jam-
jam misero fato vivis erepta fuerat.

§. CLXXX.

*Mediolanensium Dux a Delphino ad-
versus Alphonsum defensus.*

Delphinus, cum aulam haud amplius
repetere constitueret, in Delphinatu
ditione sua hæsit; ubi vero in Italia eo
tempore bellum fervebat inter Alphon-
sum Arragoniæ Regem & Venetos ex u-
na, ex altera parte Franciscum Sfor-
tiam inter & Florentinos. Delphinus ho-
rum sollicitationibus cedens conscripto
milite Renato Andegavensi se junxit, co-
piasque suas ad Alpes eduxit. Verum
pace in Italia, curis & opera summi Pon-
tificis restituta, Delphinus spe sua frustra-
tus est. Hic postquam decennali jamjam
pertinacia, iterata ac urgentissima Regis
Patris sui mandata, quibus ad aulam re-
dire jubebatur, eluserat, Carolus il-
lum ad obedientiam vi compulsurus, i-
ter ad Borbonienses, ac Avernienses a-
gros simulavit, & copias suas sub Duce
Ludovico Antonio Chabannio Dammar-
tini Toparcha in Delphinatum eduxit,
dato eidem negotio, ut Delphinum captum
ad se adduceret. Hic consilii conscius, Del-
phinatu

phinatu propugnaculis ac copiis munito Sæcul. XV.
A. C. 1455.
se tueri statuit, atque hunc in finem auri, _____
militumque subsidia a Sabaudia Duce
Socero suo efflagitavit; Ast cum Dux nec
rebellioni favere, nec Regi adversari vel-
let, Delphinus repente in Principatum
Aurelianensem confugit, inde vero in Bur-
gundiam, ac demum in Brabantiam ad
Burgundia Ducis ditiones, quo tandem
Mense Septembri posterioris anni perve-
nit, salutis suæ consulturus se recepit.

§. CLXXXI.

*Richardi Eboracensis Ducis seditio
adversus Angliæ Regem.*

Richardus Eboracensis Dux, quem an- Joa. Chart.
Hist. Carol.
VII. p. 285.
no superiore regno excessisse memi-
nimus, haud diu quietus substitit, æger-
rime ferens, Sommersetum Ducem non Nauclev. ge-
& ner. 49. p. 479
modo pristinis honoribus restitutum, sed
ad primaria Regni subsellia elevatum;
quare collectis ex Wallia copiis Londi-
num armatus revertitur, palam conte-
statur, non sibi rem esse adversus Regem,
sed duntaxat contra ejusdem Ministrum.
Rex unacum Sommerseto brevi tem-
pore validum contraxit exercitum, quo
non modo Eboracensem excipere, sed e-
tiam cum copiis hosti suo haud impari-
bus eidem usque ad Sancti Albani mu-
ros obviam procedere posset.

Ff 5 §. CLXXXII.